

NICOLAUS SAGREDVS

DUX CV.

*Electus die... Ianuarii Ann 1675. obiit 15. Aug.
Ann. 1676.*

EPIGRAPHE ANTIQVA.

Electus animata expectatio, Viva spes fui. Mox & desiderium. Euectus in solium, mox defletus. Auctoritatem Imperii officiosa omnium Civitatum gratulatione asservi.



X ea Familia Nicolaus, quæ Reipublicæ patritios, Ecclesiæ Martyres, Cœlo Senatores genuit. Septem vicibus, Reipublicæ Maiestatem sustinuit: in Hispania primo, quæ licet Sedes Consilii, Sagredifalibus prægustatis, non abnuitt eum consulere, ut sibi consuleret. Bis ad Germanos, ad Romanos quater, ubique foelix mentem exhibuit auream sub crine argenteo. Nec alium decebat Principem hoc in sæculo, quod post restitutam pacem, dixere aureum. Iustitiâ equidem, Prudentiâ, Providentiâ, vitia abhorruit, utilia quæsiuit, præmia distribuit. Princeps Pacis, vultu ferendus, manu liberalis, lingua facundus, moribus